



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvta, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

359. Feria 3. Dominica 3. Adventûs. De plenitudine scientiæ D. Jesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

642 *Feria 3. Dominic. 3. Adventus,*
ex gratia ejus abundantem gratiam accipere,
& divinę ejus gratiæ societatis participatione
vestiri. 2. Mundari memoriam ab omni im-
munditia malarum cogitationum, à pertur-
batione similitudinum inanium, ab omni
otiositate: Et repleti speciebus sanctarum
rerum, & purissimis cogitationibus. 3. Intel-
lectum purgari, omni errore, ignorantia, car-
itate, & lumine fidei ac Sapientiã perfundi
ad Deum & me cognoscendum. 4. Vacuari
voluntatem ab omni sinistra intentione, ad-
hæsione ad creaturas, à pravo amore: Impleri
contrarijs. 5. Offeram Deo has animæ vires,
ut illi perpetuò vacent, semper illi adhære-
ant, in illis conquiescat, meque illi in templū
consecrabo.

MEDITATIO CCCLIX.

Feria 3. Domin. 3. Adventus.

De plenitudine scientiæ D. IESU.

Aspiciam D Iesum plenum omni scientia
infusã, beata que visionis, quia quod nos
expectamus in consummatione, illi datum
est in sua conceptione, ait Richardus lib. 2. c.
23. de Christo. Petam partem aliquam & so-
cietatem ejus.

Conf. 1. Cùm ad supernaturales actiones
opus sit cognitione, unde amor Dei excitetur,
actionesque meritoria consequantur, ideo

ANIMA

Feria 3. Domin. 3. Adventus. 643

Anima Christi fuit omni scientiâ infusâ beataque repleta, quia erat Deum amatura super omnem dilectionem hominum, etiam in statu innocentiae, etiam Angelorum, Viatorum & Comprehensorum.

Conf. 2. Scientiam D. Iesu habuisse easdem dotes, quas habet Sapia de caelis. Iac. 3. Quae est *Pudica*, quia casta, pura, intemerata, ab omni libidine, & à quâvis iniquitate pravæ doctrinae, erroris, vel vitij, *Pacifica* quia non seditiosa, vel contentiosa. *Modesta*, mansueta, demissa, humilis, moderata, humana, facilis: Non superciliosa, morosa, difficilis. *Suadibilis* quia tractabilis, morigera cui facile persuadetur, quae facile paret, obsequiosa. *Bona consentiens* bonis rebus quàm hominibus, plena *Misericordiâ & fructibus bonis*, id est bonis operibus. *Non iudicans* aliena dicta vel facta, nec in superbe, fastidiose, vel fastidians. *Sine simulatione*, sincera sine furo, sine hypocrisis. *Petâ* scientiâ præsertim practicam agendorum, cuius defectu tot committuntur defectus.

MEDITATIO CCCCLIX.

Feria 4. Domin. 3. Adventus,

*De Anima D. IESU plena gratijs
gratis datis.*

Aspiciam in Domini Iesu anima omnes gratias reliquas, sicut in capite sunt omnes

OMNES